

tum, in fin. C. de bonis vacantibus, lib. 10.

Sed pone, quod possessor majoris habuit licentiam à Principe alienandi aliquam rem ex majoria, quam in vita non alienavit, sed commisit filio successori ut id faciat, an possit? Videtur quod non per text. in L. cendoneum, ff. de oper. liber. in contrarium tum fortiter facit, L. ficut, §. si debitori, ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. ubi qui consentit debitori videtur consentire heredi ejus, pro resolutione videas Bart. in L. si marito, §. si voluntate, ff. solut. matr. ubi distinguit inter consentientem ex voluntate, & consentientem ex necessitate, & ego adderem in consentiente ex necessitate, an daret necessitas in hærede, vel non, quid enim si necessitas donandi foret adhuc duraret pro qua Princeps alienationem permisit? Certè tunc daretur, necessitas durabit, & licentia ex mente Bart. in d. §. si voluntate.

Sed quid si testator qui condidit majoriam concessit licentiam vendendi, donandi, & permutandi, prout vellet rem majoriam an possit tempore mortis legare, & transtulit multum tempus, quod nunquam disposuit post licentiam? Fortè potest argui quod non, arg. L. vivus, ff. si quis in fraudem patris, licet non multum faciat. Tu cogita in hoc.

Advertè etiam, quod ista licentia quæ dantur à Principe ad alienanda res majoris intelligi debent dummodo alienentur bona fide, & sine fraude majoris ex nominatis per Bart. in L. alio, ff. de ali. & ciba. lega. bonus text. in L. 1. §. pen. & L. si libertus, ff. si quis in frau. patris.

Quid autem si habet licentiam vendendi rem ex majoria, & sic generaliter: iste verò habebat duas majorias, unam ex parte patris, aliam ex parte matris, vendidit rem ex majoria matris, tanquam si esset majoris patris an tenebit venditio? Et videtur, quod sic, ut notat. gloss. & ibi Bart. & Platea in L. 1. C. ne sicut rem quam vendi, eoin. lib. 10. contrarium tamen esset, si licentia fuerat specialis ad rem ex majoria matris, si vendidisset rem ex majoria patris, ut vult ibi Platea in eo quod dicit de re quæ erat alterius Ecclesie, cuius ReCTOR non consentit, & adde Bald. in d. L. 1. & in cap. 1. de bis qui seu. dare poss. col. 1. versic. sed nunquid superior.

Quid si minor 25. annis impetravit licentiam regiam ad vendendum rem majoris, vendidit, & tradidit, & post ea in integrum restituit esse ad verus venditionem, & rehabuit rem, an reincedat in majoriam? Dic, quod sic, L. 2. §. interdum, & ibi Bart. ad finem, ff. de vulgar. & pupil. L. 1. §. si quis adita, ff. ad Tertulianum.

Sed pone, quod minor possidens majoriam impetravit à Principe facultatem alienandi aliquam rem, ex ea non facta mentione ReCTORis: an tenebit alienatio? Et videtur dicendum quod si alienatio erat ex causa necessaria, & servata fuerit solemnitas requisita in venditione rerum minorum, quod tenebit alienatio, quia, & si expressisset ætatem adhuc Princeps dedisset licentiam, ex quo causa erat necessaria. Si vero alienatio fuit ex causa voluntaria, non tenebit alienatio ex quo Princeps minori in tali casu facultatem non dedisset, seu non ita de facili, cap. postulatisti, & cap. super litteris, de rescriptis.

Sed pone quod minor sine facultate vendidit, & sine solemnitatibus postea facta mentione ætatis, & majoria impetravit à Principe confirmationem venditionis? Videtur quod sufficiat; quia auctoritas Principis supplet omnem solemnitatem requisitam in alienatione text. & ibi Joan. de Plat. in L. si qui hereditatis, C. de vend. reb. civi. lib. 11. Item, & in ista materia, vide quod dixi in L. 10. tit. 26. part. 4. in gloss. magna, in versic. sed an pretium.

Sed pone quod pater habebat facultatem faciendi majoriam novam, & tollendi, & mutandi antiquam, qui fecit novam majoriam in filium, cui veniebat antiqua majoria, ponens in nova aliqua bona antiquæ

majoris omittens alia, de quibus non fecit mentionem: posuit tamen in nova majoria alia bona propria æquivalentia his, quæ omisit ex antiqua majoria, an videatur ex hoc vigore facultatis extraxisse bona, quæ sic omisit ex antiqua majoria: ut illa dividant inter hæredes? Et videtur quod per hoc videatur extraxisse, arg. L. maritus, C. de procurator. cum concordant. de quibus ibi in gloss. & quia non est verisimile disponentem gravare voluisse hæredes duplici onere, L. Titia, cum testamentis, §. qui invita filia, ff. de legat. 2. & gloss. ibi in verbo, non est verisimile, quæ ponderat verba text. quod non est intentio multiplicandæ dotis, quam ob dorem relinquatur, cum ergo hic nomine majoris relinquatur, non videtur velle facere duas majorias, & facit text. in ratione sui, in L. licet, ff. de legat. 1. & L. cum alimenta, §. fin. ff. de ali. & ciba. lega. in contrarium tamen facit text. in L. Aurelius, §. testator, ff. de libe. lega. ubi non videtur recessum in codicillis à dispositione testamenti, quando non ponitur in codicillis verba restrictiva: sed dic: quod ideo id ibi statuitur: quia fuit positum verbum hoc amplius: unde fuerunt necessaria verba restrictiva: confert etiam ad hoc quod cum præcesserit licentia tollendi antiquam majoriam, actus sequens interpretabitur ex licentia præcedenti, L. quedam mulier, ff. de rei vendi. & quod notat Bald. in cap. unico, quod juris sit, si post alie. vasa seu. recu. ibi 2. nota. in versic. profecto.

Item pone quod Rex concessit patri facultatem permutandi aliquam rem majoris, an si pater non fuit usus facultate, transeat ad filium? Et videtur quod non per text. in L. apud Julianum, §. si quis alicui, ff. de leg. 1. & L. 27. tit. 9. part. 6. & videtur de hoc bonus text. in L. ficut, §. fin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. quod limita, & intelligi, nisi talis facultas fuerit concessa propter utilitatem majoris: ut notat Bald. in §. marcbio, versic. pone concessum sibi per privilegium, de bis qui seu. dare poss. Advertè etiam quod quando licentia datur ad vendendum bona aliqua majoris: ita ut alia loco illorum surrogentur, bona taliter surrogata sequuntur naturam, & qualitates primorum, vide bonum text. in L. generali, §. heredes, ff. de usufr. lega. & ibi Bart.

Quid autem si alicui est data facultas alienandi rem aliquam majoris, an si vendat post annum incidat in pœnam, ac si vendidisset sine facultate? Joan. Faber. videtur velle quod sic, in L. fin. C. de jure embli. allegans Specul. tit. de locato, versic. 98. & L. ficut, §. si voluntate, ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. ex quo Doctor de Pala. Rube. in quibusdam suis recollectis inferebat ad facultatem regiam ad faciendum majoriam, quod expirat per annum, & nihil aliud allegat nisi prædicta: facit tamen ad hoc, cap. plerumq. & cap. si autem, de rescriptis, & L. 35. tit. 18. part. 3. & licet loquantur in rescriptis ad lites ex ratione, videtur quod possunt ad istas facultates ad majoriam extendi: cum utraque rescripta videantur odiosa: sed in utroque dicto, videtur tenendum esse contrarium: imo quod talia rescripta durent saltem per decem annos, juxta L. unicam, ff. de mundi. & L. 42. tit. 18. part. 3. neque obstat dictum Spec. & Joan. Fab. quia contrarium videtur verius, & Joan. And. in addit. ibi tenet contrarium, quod non esset certus terminus præfixus, & dist. cap. plerumq. non obstat, quia, & ibi rescriptum valetet post annum, non impetrato secundo ab adversa parte, gloss. & Doctor. ibi.

Sed an sit causa justa concedendi facultatem ad alienationem bonorum majoris, quando res majoris sunt in partibus remotis à domicilio possessoris majoris? Et videtur quod sic per text. in authentic. de Ecclesiast. tit. versic. si autem annale legatum, collat. 9. & voluit Bal. in L. voluntas, C. de fideicom. in lectura antiqua refert Jason in L. filiusfamilias, §. divi, in repe. numer. 81. de legat. 1. ubi hoc limita.

Quid autem si quis habet majoriam, cum licentia

pre fuisse a el, e a sus herederos; (5) que de la manda que desta guisa fuehe fecha, non puede el heredero sacar falcidia. Eño mismo seria, quando el testador mandasse a su hijo algo

Partida VI.

por razon de la su legitima parte (6), que dene aver en los bienes del padre; o si mandasse a alguna muger de lo suyo; por razon de do-

Cc 2

tes;

alia Principis factam, & cum tali vinculo, & conditione, quod & si possessor talis majoris committeret crimen læsæ majestatis, bona majoris non confiscarentur, & majoria transeat in sequentem vocatum, qui postea ex facultate regia extraxit aliqua ex bonis majoris: & eadem facultate fecit de talibus bonis aliam majoriam in alium, & alios, qui non vocabantur per majoriam antiquam sub aliquibus partibus, & conditionibus: & signanter inter cetera: quod si possessor talis novæ majoris committeret crimen læsæ majestatis, bona talis majoris perderet: neque ulterius in tali casu disposuit in quem transferret, modo vero aliquis qui post-debat talem novam majoriam, commisit crimen læsæ majestatis: & sic perdidit illa bona, an confiscabuntur Regi, vel redire debeant in primam majoriam, dubium est notabile, & videtur quod non confiscentur: sed redeant ad primam majoriam, per id quod in fortioribus terminis notat Bald. in cap. studisti, de offic. legat. versic. pone Papa, ubi ponit questionem in hoc verba. Pone Papa, concessit mihi quoddam castrum sub quibusdam conditionibus, quibus non servatis, castrum debet reverti ad Papam, deinde concessit mihi Civitatem sub qua est illud castrum cum omnibus civitatibus suis: deinde ego feci contra dictas condiciones. Papa dicit castrum ad se reverti: ego dico ad me pertinere, tanquam partem Civitatis districtualem, seu subjectam, ff. de judic. L. insula quaritur re quipero, & respondit, quod perdidit uno capite specialiter, re quipero ex generali, quia Papa me loco sui posuit quoad Civitatem, & districtum: unde acquiri per universitatem, quid perdo inspecta specie, arg. ff. de acquir. rerum dom. L. quadam, & ff. de ser. ar. præd. L. si domus, cum aliis, neque obstat, quod species derogat generi: quia verum est, quando genus venit ampliativè, ut notat in L. questum, §. pen. ff. de fundo infra. modo quæro quid in diversis personis sit castrum erat concessum Titio: nunc Civitas cum suo districtu conceditur Sejo: & videtur dicendum quod extincto Titio ex sua concessione acquiratur Sejo ex suo capite generali, ut ff. communia prædio. L. in venditione, & ff. de jure dot. L. si proprietati, dicit. L. quod si à specie prius est inchoandum, postea veniendum ad genus, C. de pigon. L. 2. quæ non est alibi in contrarium videtur: nam lege caveatur, quod si capitaneus concessit alicui unum mansum in feudum: deinde vendidit curiam illud mansum non venit in concessione generali, tanquam exceptum à curia per speciale providentiam, ut in cap. quidam capitaneus, de capi. qui cur. ven. Solutio illud ideo: quia nomine Curie non continentur feuda: sed nomine Civitatis, bene continentur castra, salvo jure alterius: cum autem illud jus deficit consolidatur universitati suæ: & idem fortè est in feudis per dist. L. si proprietati. Sic videbatur dicendum in prædicta questione, quod cum jus fecundæ majoris deficiat, consolidatur primæ majoris universali, præterea ita Rex voluit, quod ista bona extraherentur à prima majoria: ut remaneret in secunda, qua cessante non videtur quod aliquid voluit agere contra primam majoriam, & rebus sic stantibus, si itante secunda majoria, videtur dispensasse contra primam non illa cessante, L. quod servius, ff. de condi. ob caus. & quod tradit latè Socin. 3. vol. consil. 58. & Alex. consil. 72. col. fin. 3. vol. sicut etiam quod habetur in L. ficut, §. illud videmus, ff. quibus mod. pigon. vel hypothecha solvitur, & L. etiam, cum L. jubemus, C. ad Velleja. & facit optivè lex proponatur, & L. filiusfamilias, & L. hereditate, §. pater cum sequent. ff. de capress. peculio. In contrarium tamen facit: quia juxta ista bona deserunt esse primæ majoris ex facultate regia, & transferunt in

aliam personam, unde jam non sunt reliquæ primæ majoris, L. pater situm, §. quidecim, ff. de legat. 3. & in simili habemus in fundo qui semel exivit de familia, quod definit esse patrimonialis mutatione personæ, arg. L. gerit, in fin. ff. de acquir. hered. & re facta amiscibili ex crimine læsæ majest. semper erit amiscibilis, ut in dist. §. quidecim, & facit etiam quod habetur in L. si quis ades, ff. de serui. ur. præd. Item medii successores immutant rei qualitatem, L. Paulus, §. fin. ff. de acquir. hered. L. licitatio, §. mercatores, ff. de public. L. si avia, C. de dona. L. 1. C. de impo. lucrati. va. descript. lib. 10. Bald. de eo, qui sibi, vel heredi, suis in princ. Adde bonum, & singularem casum in L. si ita legatum, §. si domus, ff. de legat. 1. ibi at si ea domo destructa, &c. & quod ibi Paul. de Cast. notat. in fine.

Per quem text. unde inferes ad questionem, quod si pater habens majoriam antiquam impetravit à Principe licentiam extrahendi ab ea aliqua bona, & constituendi ex eis majoriam aliam in filium secundum, & ita fecit, quod mortuo secundo filio in vita patris, non revertuntur bona illa in primam majoriam: etiam si constaret de voluntate patris, quod revertentur, quia cum tali nova voluntate ut revertentur, debebat etiam concurrere licentia Regis necessaria, facit, L. quadam, ff. de jure codicil. si tamen esset casus, in quo facultas Regis in hoc non esset necessaria, sufficeret voluntas patris, per text. in §. si domus, in fin. Et istam patrem crediderem de jure veriore, nisi ex conjecturis aliquibus aliis constaret, Principem voluisse, deficienti secunda majoria, quod bona redirent ad primam, ut si cautum fuit, quod decedentibus vocatis in secunda, bona redirent ad primam, vel alias de tali voluntate constaret, & in facultate regia non exprimeretur, quod bona ex crimine læsæ majest. confiscarentur: quia tunc in certis non esset opus conjecturis, L. continus, §. cum ita, ff. de verb. obli. Tu quando casus occurrerit, latius considera, quia quæst. est notabilis.

Pone etiam, quod contra tenorem majoris vocantis in defectum masculorum, quemdam transferebat excluda filia femina Rex dispensavit, ut possessor daret majoriam filiam, & ejus descendentes comparat modo, non ille primo loco vocatus, sed sequentes vocati: & dicunt Regem illis non præjudicasse, unde petunt majoriam, an possim? Videtur, quod non per text. valde notabilem in L. 1. §. fin. ff. de assignandi libertis. Bar. in L. 1. §. si pater, ff. de conjugendis cum emancipato liberis ejus, quod de plano procedet: si ille cui majoria deferrebat esset vivus tempore quo defertur, secus videtur, si esset mortuus.

(5) E a sus herederos. Hoc dicit ne alias præceptum prohibitionis alienationis, dicatur nudum, ut in L. 44. tit. 5. & ibi dixi §. part. & facit hæc lex ad questionem majoritatis simpliciter facti quia cum secundum consuetudinem Hispanie intelligatur ut veniat de filio majori in majorem prohibitio facta de non alienando, non dicitur nudum præceptum, probat etiam ista L. quod si majoria fiat in descendentes, & prohibitio alienationis facta sit tantum primo vocato quod extendatur talis prohibitio ad secundum, & ceteros descendentes vocatos, videtur enim prohibitio esse realis non personalis, juxta id quod notat. Bart. in L. 3. §. opus novum, ad finem, ff. de nov. oper. nuntia. & tangit Bald. in §. rursus, col. 1. versic. quod de prohibitionibus, de contro. investit.

(6) Legitima parte. Adde L. scimus, in princ. C. de inoffic. testam. ibi nulla falcidia interveniente.

te; (7) o si mandasse aforrar sus siervos. (8) Ca de tales cosas como estas non pueden los herederos sacar, nin retener ninguna cosa; por razon de falcidia. Otrosi dezimos, que pagando el heredero complidamente (9) algunas cosas, de las mandas que ouiesse fecho el testador, non faciendo ende la falcidia; cuydando (10) que en la heredad que fincaua, auia asaz para pagar las otras mandas, e para retener para si la su parte legitima; estonce, todas las otras mandas deue pagar complidamente. Fueras ende, si despues que las el començo asi a pagar, se descubriessse algun debdo grande, que el non lo fopiesse en ante, que era tenuto de pagar aquel a quien el heredo. Ca estonce, por esta razon, bien podria sacar falcidia de aquellas mandas, que fuessen aun por pagar.

LEY VII.

Como los herederos pueden sacar la Falcidia, si fizieren el Inuentario.

Todos los herederos que son establecidos por los testadores, pueden sacar falcidia, segun que diximos en las leyes ante desta. E esto se deue entender, si fizieren primeramen-

(7) De dote. Adde, L. cum dote, ff. ad leg. falcid. & gloss. in L. in testamento, C. cod.

(8) Aforrar sus siervos. Adde, L. Papinianus, §. sed an libertatis, ff. de inoffic. testam. & gloss. in d. L. in testamento.

(9) Complidamente. Adde, authentic. sed cum testator, C. eodem, & nota istam, L. paritarum, que bene declarat istum casum, & plenius quam habetur in d. authentic. & in corpore unde sumitur, & limita, & intellige ut per Bart. & Doctor. in L. si ex pluribus, ff. eod. quando scilicet plures res sub nomine colectivo essent legatae, nam, & si una ex dictis rebus fuisset sponte soluta, falcidia posset detrahi de aliis: quia tunc est unum tantum legatum: quando vero sunt plura legata, & solvatur unum, procedit ista lex. Limita etiam istam, L. quando haeres solvisset integre uni legatario cum protestatione, quod non intendit sibi praedjudicare quoad alios: quia tunc sibi non praedjudicat, secundum Jacob. de Rave, & Alberic. in d. authentic. sed cum testator, quia isto casu, L. ista non loquitur, in dubio tamen simpliciter solvendo una videtur etiam consentire de solvendo aliis etiam integraliter, secundum Cy. in d. authentic. sed cum testator, quae 6. & ibi etiam Salycet. post d. Jacob. de Raven. & gloss. in d. authentic. sed cum testator.

(10) Cuydando. Secus, ergo, si solveret per errorem, & non agnitis prius viribus patrimonii, ut in L. quod de bonis, §. non id circo, ff. eod. & L. non dubium, C. de testam. & L. error, C. eod.

LEY VIII.

Haeres non faciens inventarium in forma juris, privatur falcidia: non tamen legitima debita iure naturae: quia cum falcidia sit beneficium legis, aufertur in legem committenti. Hoc dic.

(1) Falcidia. Adde, L. fin. §. si vero postquam, C. de jur. deliber. & L. 10. tit. 6. supra eadem part.

(2) Legitima. Approbat opinionem gloss. in L. fin. §. penult. in gloss. fin. ad fin. C. de jur. deliber. & gloss. in authentic. hoc amplius, C. de fideicommissaria, super verbo naturale, & gloss. in authentic. sed cum testator, in verbo excedans, C. ad legem falcid. sed que erit utilis in hoc

te el Inuentario, que deue ser fecho, segund que diximos en el Titulo, De como pueden auer consejo los herederos, si tomaran la heredad, o non. E si por auentura, el Inuentario non ouiesse fecho, estonce non podrian sacar falcidia. (1) Fueras ende, si los herederos fuessen de los que descien den, o suben por la linea derecha, de los fazedores de los testamentos. Ca estos atales deuen auer la su parte legitima, (2) por debdo que han en los bienes del padre, naturalmente; mas los otros herederos han la falcidia, por otorgamiento de ley. E porende, pues que estos atales non guardan la ley, deuen porende perder aquello que deui an auer por otorgamiento della.

LEY VIII.

Como, aquel que es establecido por heredero, si es rogado que de la herencia a otri, puede sacar della la quarta parte, a que dizen en latin, Trebellianica.

Trebellianica dizen, en latin, la quarta parte, que el heredero deue auer de los bienes de la herencia (1) en que es establecido, quando es rogado del testador, que de, o entregue despues la herencia a otri. Pero deue con-

cum filius non conficiens inventarium etiam de suo proprio, teneatur solida praestare legata, ut in L. 10. tit. 6. supra eadem part. responde, ut per Bart. in d. authentic. sed cum testator, in verfic. quero utrum per non confessionem. Quid autem in Trebellianica an priuatur filius haeres, vel alius haeres, si non faciat inventarium? Vide quae dixi in d. L. 10. in gloss. fin. & per Decium late consil. 236. incipit. non parua difficultas, in 5. dub.

LEY VIII.

Non detrahit haeres quartam per Trebellianum, quando iudicis mandato, & coactus adit: & computat haeres fructus, quos percipit iudicio testatoris in hac quarta: item, & praegata: nec restituet fructus, si plus quarta ascendunt perceptos negligentia fideicommissarii non petentis: sed post tempus quo haeres debet restituere: maliciosè perceptos teneatur restituere: & pro ista quarta Trebellianica teneatur haeres pro oneribus hereditariis: in quarta autem iure naturae debita non computantur fructus percepti. Hoc dicit.

(1) De los bienes de la herencia. Adverte ad hoc verbum: nam ex eo decidi videtur quaestio, de qua per Oldrad. consil. 138. incipit. factum tale est, an Trebellianica deducatur etiam habito respectu ad legata, restituta, vel tantum de eo, quod superest haeredi, deductis legatis? Nam per istam, L. videtur quod tantum deducatur de ea hereditate, in qua est institutus, & quam rogatus est restituere fideicommissario universalis, & idem videtur voluisse Azor. C. ad Trebellian. in summa, col. pen. versic. 4. retentio, cum dicit, quod haeres possit detrahere quartam Trebellianicam de universitate, quam haeres rogatus est restituere, & maxime attentione communi stylo testamentorum: cum factis legatis, dicitur, in ceteris vero bonis legatis solutis, instituo talem haerem, & cum legata non subiacent restitutioni, neque per consequens subiacere debent restitutioni quartae Trebellianicae. Oldrad. tamen ubi supra consuluit contrarium: imò quod detraheratur tam de legatis restitutis, quam de toto alio universalis, per L. 1. §. Julian. cum gloss. ibi, & L. Marcellus, §. Pomponius scribit, ff. ad Trebell. & C. eod. L. fin. in fin. & cap. Raynuntius, de testam. & subdit notabiliter, quod illa verba

contar en esta su parte (2) las cosas que el fazedor del testamento le mando, si las ouo. E aun dezimos, que los frutos (3) que tomo de tal herencia, de mientras que la ouo, si fueren tantos, que montaren tanto quanto podria valer la quarta parte que el deue auer, estonce non deue tomar (4) ninguna cosa de la heredad; ante la deue dar libre, e quita, a aquel a quien le rogaron que la diesse. E si por auentura, tanto non valiesse los frutos que el facio ende; contando ante lo que el recibio dellos, sobre esto deuese entregar de los bienes de la herencia, fasta que aya la quarta parte. E si mas montaren los frutos, que lo que el deue auer por razon desta quarta parte; estonce dezimos, que si el testador le señalo dia, a que rindiesse la heredad, e a aquel plazo la entregue a aquel a quien la deuia entregar, que auer deue todos los frutos, por la quarta parte que

deuia auer, quanto quier que valan mas. E si non le señalaron dia cierto, a que diesse la heredad, e aquel que la deuia auer fuessse negligente (5) en demandarla, sabiendolo; estonce dezimos, que este que era tenedor de la heredad, aura los frutos della, e non los contara en la su quarta parte. Mas si este atal fuessse rebelde de dar la heredad, o lo metiesse por alongamiento maliciosamente; estonce, quanto quier que valan mas los frutos, que el equiuimo de la su parte que deue auer, (6) sera tenuto de los dar al otro, con la heredad. E lo que diximos en esta ley en razon de los frutos, que deuen ser contados en la quarta parte, segun que es sobredicho, ha lugar, quando el heredero, a quien ruega que de la heredad a otri, non es de los hijos del testador. (7) Ca, si dellos fuessse, estonce los frutos que equiuallasse este hijo del fazedor del testamento, mientras que

usitata in ceteris bonis instituo talem haerem, non repugnat: quin institutio facta videtur ex universo, & quod modus sic loquendi apud testatorem irreperit, ut cetera praeter legata velint apud haerem irrevocabiliter remanere: legata vero cap. sed restitui, L. penes te, ff. de verbo signific. tu vero in ista quaestione dic, ut per Ang. quem ibi sequitur Alex. in d. §. idem Pompo. & tetigi in L. 6. in gloss. 3. supra eod. licet Ang. nullam de istis dicit Oldrad. neque etiam Alex. faciunt mentionem, nota etiam unum quod Bald. dicit mirabile in Rub. C. de reuocac. his qua in fraud. credit. aliena. sunt ad fin. quod in casu quo quis est institutus non contemplatione sua: sed fideicommissarii, quod tunc non detrahet quartam Trebellianicam per text. singularem, & ibi Cyn. in L. in fideicommissis, §. cum polidius, ff. de usus, ubi etiam videbis per Alex. in additio. ad Bart. dicit etiam Bald. in d. rub. ad finem, quod ubi comque quis teneatur restituere hereditatem ex contractu, nihil detrahit, allegat. L. quidam cum filium, ff. de haeredit. instit. Et adverte quod regulariter extra certos casus, de quibus per Bald. in L. jubemus, in princip. C. ad Trebelli. non potest haeres sumere istam quartam in una re, vel rebus per eum electis, & beneficium deducendi istam quartam transit ad haerem, L. quanquam, C. ad leg. falcid. Et an testator possit prohibere Trebellianicam detractionem, dixi in L. 6. supra eod. ubi communiter teneri, dixi quod sic. Quod an procedat etiam in liberis primi gradus, de restituendo gravatis est inter scribentes maxima concertatio: & quod non possit pater prohibere filiis rogatis talem detractionem: tenet Bart. & Salycet. per text. ibi in d. L. jubemus, C. ad Trebellian. & idem tenet Decius consil. 81. & consil. 218. Jason. in L. Marcell. n. 55. ff. ad Trebell. Ludo. tamen Roma. singulari. 191. tenet contrarium: imò quod prohiberi etiam in his possit, cuius opinionem etiam tenuit Cyn. in d. L. jubemus, & istam opinionem dicit communem Paul. à Monte Pico, in L. in quartam, col. 117. ff. ad leg. falcid. prout late tradit Didacus in Covarruv. in relict. cap. Raynuntius de testam. §. 2. num. 7. qui adhaeret opinioni Bald. tanquam filiis favorabili, & secundum eum magis communiter recepra.

(1) Contar en esta su parte. Adde, L. in quartam, ff. ad leg. falcid. & not. quod portio hereditaria donationis, que morte confirmatur, in trebellianicam imputatur, L. filium quem habentem, C. famil. hereticum, secundum unam lecturam de qua per Bald. ibi, §. col. Item etiam computatur datum causa conditionis implende, vide ibidem, & L. cum pater, in princ. ff. de legat. 2.

(2) Los frutos. Concord. cum L. in fideicommissaria, & cum L. mulier, §. si haeres, & L. ita tamen, §. haeres

ex esse, ff. ad Trebell. & vide gloss. in d. L. in fideicommissaria. Quid autem si testator iussit restitui retenta quarta, an tunc fructus computentur in quartam? Vide per Alex. post Rapha. in d. L. in fideicommissaria, ubi Alex. col. 5. quod tunc non computatur: quod est bene notandum.

(4) Non deue tomar. Non ergo possit haeres dicere, volo fructus restituere, & quartam in aliis rebus hereditariis habere: ut hic patet: cuius contrarium dicebat Rapha. relatus ab Alexan. in d. L. in fideicommissaria, ubi Alex. tenet contra eum, post Imol. in d. §. si haeres, & opinio Imol. & Alexan. approbat hic.

(5) Fuessse negligente. Quid si non fuit negligens: quia forte erat absens, Bart. & Doctor. communiter in d. L. in fideicommissaria, tenent tunc etiam fructus cedere lucro coheredis, quod non fuit in mora.

(6) De la su parte que deue auer. Et sic fructus, quos percipit ultra quartam restituit: reliqui computantur in quartam. Quid tamen si fideicommissarius, dicat in tali casu, quando haereditas mora intervenit, quod vult, quod fructus post moram percepti sibi restituantur, & quod haeres habeat quartam de aliis rebus hereditariis, an sit audiendus? Videtur quod non, ex quo lex ista vult, quod fructus intra quartam computentur in ea, quod plane procedit volente fideicommissario, seu non contradicente: eo autem invito non exprimit ista l. unde satis videtur equum quod fideicommissario in hoc succurratur: ne alias dicamus esse in potestate haereditis per culpam, & moram suam habere sibi quartam in talibus fructibus, invito fideicommissario: cum non sit in potestate haereditis, in qua re velit deducere quartam, sed iudicis arbitrio committitur Bart. & alii, in L. in quartam, ff. ad leg. falcid. & quod fideicommissarius in hoc sit audiendus, tenet Joan. de Imo, & Alex. post Jacob. de Rave. in d. L. in fideicommissaria.

(7) Fijos del testador. Concord. cum L. jubemus, C. ad Trebell. & procedit in liberis primi gradus tantum, ut hic, & ibi, & not. ex generalitate hujus lex inferri, quod hic disponitur procedere, si filii grauentur restituere aliis liberis, siue extraneo, licet Cyn. Alber. Fulg. Corneuf. in d. L. jubemus, Alex. in d. L. fideicommissaria, col. 3. teneantur contrarium, quando extraneo primum tamen (quod ex istius leg. generalitate approbatur videtur) teneantur Salycet. & Paul. in d. L. jubemus, Joan. de Imol. in L. quod de bonis, §. cum avus, ff. ad leg. falcidiam, & Ripa in d. L. in fideicommissaria, num. 29. quia major ratio, & favor filii grauari est quando grauatur restituere extraneo, quam quando alteri filio.